Burchardus Wormatiensis: Decretorum libri XX (mit Zusätzen und Nachträgen)

Konstanz, 2. Viertel 11. Jh. Seite 123v



cedere. Quib satis ee debet
quod in catholicorum numerum
sunt recepti. quo de ordine
suo et communione uidebitur
ferre iudicium. quisquis
uiolauerit hoc institutum.
uel qui non remouerit eum
quem ex his administerium cle
ricale obrepisse cognouerit.
Curandum uero maxime. et
omni cautela est prudendum.
ne quis fratrum coepiscoporum nostrorum
aut etiam prbrorum in alteris
ciuitate uel diocesi penitentem
uel sub manu positum sacer
dotis. aut eum qui conciliatum
se ee dixerit sine epi uel
prbri testimonio et litteris.
aut in parrochia prbr. aut
eps in ciuitate. Quod aliqua
simulatione neglectum cul
pam tangit etiam clericorum.
qui locis in quib hoc minus
curatum fuerit commoran
tur. His itaque rite dispositis.
et ad ecclesiarum utilitatem noui
am nostra deliberatione plausis
parere nos conuenit. Quib li
cet ad animarum reparationem
nihil de ee uideatur: tamen
sicut noui aliquid. et quod pre
terire nos potuit. fuerit reue
latum. secundum beatum paulum
apostolum. tacente priore sidenti
insinuet. quia sps scs ubi uult
inspirat. maxime cum sua
causa tractatur. Hec nos pige
bit audire. et si qua sunt omis
sa. non arroganter abnuere.
sed rationabiliter ordinare.
Dat iduum martiarum die dr
namio et sibi dmo IIII. cc e ss.

De eo qui pignorantiam ordinatur
ante quam baptizetur. C

Siquis pignorantiam ordinatur
ante quam baptizetur: debet
ab eo baptizari et ipse non
ordinetur: sed romanus pon
tifex non hominem iudicat
qui baptizat. sed spm di subministrare
gram baptismi. licet
paganus sit qui baptizat.

Ex dictis Isidori epi

De illis qui gram sci sps uende
re conantur. CI.

Ex ccil triburiensi cap XXII. cui interfuit Arnolfus rex.

Dictum est solere in quibusdam
locis per preceptione chrismatis
nummos dari. p baptismo quoque
et communione. Hoc simoniace
heresis semen. detestata est sca
synodus et anathematizauit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNI FREIBURG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0252